

# **D**assio Domini nostri Je:

su Christi/ ex euangelistarum textu & accuratissi  
me deprompta additis sanctissimis exquisitissi  
misq; figuris,

**HEVS EME LECTOR.**

Nam & lachrymas(nisi lapideus fue  
ris)ista tibi excutient:& san  
ctioram vitam prou  
nus inspira  
bunt.

**Rigmannus Philesius**  
ad lecto.

**M**ira arte/formatis typis docta man  
**O** vos sacerdotes monemus candid  
**R**euolute hoc/ex q̄ttuor qd' cernere es  
**S**ic ordinatum haud absq; diligentii  
**X**risti dei nostri necis diræ specime  
**R**euolute oro corde lectores bon  
**I**uuenelq; honorādiq; vos simul sene  
**S**cimus qd' oia ista bene placitura sin  
**T**ypi crient deuotionem ample reo  
**I**n his notetur mira diligentii

**V**  
**I**  
**T**  
**A**  
**N**  
**O**  
**S**  
**T**  
**R**  
**A**

¶ Encenia. xxv. die Decembris in hyeretie/in quibus iudei volebant lapidare  
Christum/ideo fugit transiordanem.



¶ Vigesimoquinto die noni mensis Iudeorum; qui cōmuniter cō currit cum Decembris apud nos pro maiori parte subterfugit Christus manus Iudeorū volentiū eum laspidare in porticu Salomonis in dedicatōne Hiemali. Ioan. x.

CAPVT I.

f Acta sunt encenia in Hierosolimis & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. ¶ Circūdederunt ergo eum iudei & dicebant ei: Quousq; animā nostrā tollis? Si tu es christus / dīc nobis palam. Respondit eis iesus. Loquor vobis & non creditis. Opera quae ego facio in nomine patris mei haec testimonii perhibent de me. Sed vos non creditis/quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognoscō eas & sequuntur me: & ego vitam æternā do eis; & non peribunt in æternū: & nō rapiet eas quisq; de manu mea. Pater meus quod dedit mihi/maius omnibus est; & ne mo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. ¶ Sustulerunt ergo lapides Iudei vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo. Propter quod eorū opus me lapidatis. Responderunt ei iudei: De bono opere nō lapidamus te/sed de blasphemia. Et quia tu homo cū sis / facis te ipsum deū. Respondit eis iesus. Nonne scriptū est in lege vestra / quia ego dixi: Dīxisti. Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est/ & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit & misit in mundū vos dicitis/ quia blasphemas: quia dixi filius dei sum. Si nō facio opera patris mei/nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi nō vultis credere/ operibus credite/vt cognoscatis & credatis/ quia pater in me est/ & ego in patre. Quæ rebant ergo eum appræhendere/ & exiuit de manibus eorum. ¶ Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum ubi erat Ioannes bapticans primum. Et mansit illic. Et multi venerunt ad eum/ & dicebant: Quia Ioannes quidem signum fœcit nullū. Omnia autem quæcumq; dixit Ioannes de hoc/ vera erant; & multi crediderunt in eum.

Feria. iiiij. post  
Judica vni huc  
euangelio in officio  
cio ecclastico.

Psal. lxxxij.

Math. xij. b  
Marc. iiiij. a

A ij

Feria tercia post L<sup>e</sup>tare/erat Ies<sup>s</sup> transiordanem/quo in hyeme transierat  
misericordia eius nunc sorores Laçari/Ipse vero venies Bethaniam, sexta  
feria post Letare Laçarum resuscitauit.



¶ Resuscitatio Laçari quinta decima die ante passionem christi videlicet: sexta  
feria post Letare. Ioannis. vi.

CAPVT II.

Rat autem quidā languens Laçarus a Bethania de castello Mariae & Marthae/sororū eius. Maria autē erat quæ vnxit dominū vnguento / & extersit pedes eius capillis suis. Cuius frater Laçarus infirmabat. Misericordia ergo soſores eius ad eum dicentes: Domine ecce quem amas infirmaſ. ¶ Audiens autem Iesuſ: dixit eis: Infirmitas hæc nō est ad mortem/ sed pro gloria dei: vt glorificeſtur filius dei per eam. Diligebat autē Iesuſ Marthā & sororē eius Mariā & Laçarum. ¶ Ut autē audiuit quia infirmabatur: tunc quidē mansit in eodē loco: duobus diebus Deinde post hæc dicebat discipulis suis: Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi/nunc querebant te iudei lapidare/ & iterum vadis illuc. Respōdit Iesuſ: Nōne duodecim hore sunt diei. Si quis ambulauerit in die/ non offendit: quia lucem huius mundi vident: si autem ambulauerit in nocte/ offendit: quia lux non est in eo. Hæc ait: & post hæc dicit illis: Laçarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excite illum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si dormit saluus erit. Dixerat autē Iesuſ de morte eius: illi vero putauerunt q̄ de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis Iesuſ manifeste: Laçarus mortuus est/ & gaudeo propter vos vt credatis: quoniam non eram ibi/ sed eamus ad eū. Dixit ergo Thomas qui dicit̄ didymus ad condiscipulos: Eamus & nos/ & moriamur cum eo. ¶ Venit itaq; Iesuſ & inuenit eum quattuor dies īā in monimento habentē. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymā quasi stadijs quindecim. Multi autem ex iudeis venerant ad Mariam & Martham/ vt consolarentur eas de fratre suo. Martha autem vt audiuit/ quia Iesuſ venit/ occurrit illi. Maria autē domi sedebat. Dixit autem Martha ad Iesuſ: Domine si fuisses hic/ frater meus non fuisset mortuus. sed & nunc scio/ quia quæcumq; poposceris a deo/ dabit tibi deus. Dixit eis Iesuſ: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectiōe in nouissimo die. Dicit ei Iesuſ: Ego sum resurrectiō & vita: qui credit in me/ etiam si mortuus fuerit/ viuet: & omnis qui viuit & credit in me/ non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; domine. Ego credidi quia tu es Christus filius dei viui/ qui in hūc mundū venisti. Et cum hæc dixisset abiit: & vocauit Mariā sororē stram silentio dicens: Magister adeſt/ & vocat te. Illa vt audiuit surrexit cito/ & venit ad eum: nondū enim venerat Iesuſ in castellū/ sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudei igitur qui erāt in domo cum ea & consolabātur eam: cum vidissent Mariā quia cito surrexit & exiit secuti sunt eam dicentes: Quia vadit ad monumentū vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat Iesuſ: videntis eum cecidit ad pedes eius/ & dixit ei: Domine si fuisses hic/ frater meus non fuisset mortuus. Iesuſ ergo vt vidit eam plorantē/ & iudeos qui venerant cum ea plorantes: infrauenit spiritu/ & turbauit seipsum/ & dixit: Vbi posuistis eū? Dicit ei: Domine/ veni & vide. Et lachrymatus est Iesuſ. Dixerūt ergo iudei: Ecce quomodo amabat eum. Quidā autem ex ipsis dicebant: Non potuit hic qui aperuit oculos cæci nati/ facere vt hīc non moreretur. Iesuſ ergo rursum fremens in semetipſo venit ad monumentum. Erat autem spelunca & lapis superpositus ei. Ait Iesuſ: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Domine iam foetet: quadriduinus enim est. Dicit ei Iesuſ: Nonne dixi tibi: quoniam si credideris/ videbis gloriam dei. Tulerunt ergo lapidem. Iesuſ autē eleuatis strūsum oculis dixit: Pater gratias ago tibi/ quoniam audisti me: Ego autem sciebam quoniam semper me audis: sed propter populum qui circumstat/ dixi: vt credant/ quia tu me misisti. Hæc cum dixisset/ voce magna clamauit: Laçare veni foras: & statim prodijt qui fuerat mortuus: ligatus manus & pedes institis/ & facies eius sudario erat ligata. Dicit eis Iesuſ: Soluite eum & sinite abire. ¶ Multi ergo ex iudeis qui venerant ad Mariam & Martham/ & viderant quæ fecerit/ crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos/ & dixerunt eis quæ fecerit Iesuſ.

Feria. ij. post  
Letare Joan. xi.  
¶ Feria quarta &  
quinta Jesus mā  
sit in eodem loco  
trans iordanem.

Feria sexta  
Joan. xi. 2. c.

Joan. ix. b.

A ij

¶ Sabbato ante Iudica pontifices & pharisæi concilium collegerunt & conspirauerunt contra Christum / ideo ipse in desertum ciuitatem Essrem parvulam ibat / habitanus ibi cum discipulis.



V6

¶ Concilium pontificum & phariseorum de morte Christi  
deliberantium. Sabbato ante Iudica Ioan. xi.

CAPVT III.

¶ Ollegerunt ergo pontifices & pharisei concilium/et dicebant: Quid faci  
mus: quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic: omnes cre  
dcent in eum. Et venient Romani & tollent locum nostrum & gentem. Vnus  
autem ex ipsis Caiphas nomine/ cum esset pontifex anni illius/ dixit eis:

Vos nescitis quicquam/ nec cogitatis: quia expedit vobis/ vt vnum mo  
riatur homo pro populo/ & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit:  
sed cum esset pontifex anni illius/ prophetauit: quia Iesus moriturus erat pro gente/ &  
non tantum pro gente/ sed vt filios dei qui erant dispersi/ congregaret in vnum. Ab illo  
ergo die: cogitauerunt vt interficerent eum. ¶ Iesus autem iam non palam ambulabat  
apud iudeos: sed abiit in regionem iuxta desertum/ in ciuitatem quae dicitur Effrem:  
& ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat pascha iudeorum/ & ascen  
derunt multi Hierosolymam de regione ante pascha/ vt sanctificarent seipso. Quare  
bant ergo Iesum/ & colloquebantur adiuicem in templo stantes. Quid putatis/ quia  
non venit ad diem festum? Dederant autem pontifices & pharisei mandatum/ vt si quis  
cognouerit ubi sit/ indicet; vt appræhendant eum.

¶ Iudica Iudica.  
Ioan. xi.

¶ Mathe. xxvij. a  
¶ Marci. xiiij. a

¶ Luce. xxij. a

A iiiij

T Sabbatho ante Palmarum/ egnans Iesus cum discipulis & Laçaro in domo Simonis. Martha ministrabat/ Magdalena venit cum alabastro/ discipuli murmurant de hoc.



¶ Cæna christi cum discipulis in domo Simonis; & quomodo Maria magdalena vñ  
xit caput & pedes Iesu/vnde traditor occasionem sumpsit vendendi eum. Sabbato  
ante Palmarum. Matth,xxvi. Marci,xiiij. Ioann,xij.

### CAPVT IIII.

Iesus ergo ante sex dies paschæ/ venit in Bethaniam: vbi fuerat Laçarus  
mortuus / quæ suscitauit Iesus. Et cum esset Bethaniæ/ in domo Simonis  
leprosi; & recumberet fecerunt ei cænam ibi: Et Martha ministrabat. Laçarus  
vero vñus erat ex discubentibus cum eo. ¶ Et cum discumberet  
veniens mulier Maria/ accessit ad eum habens alabastrum vnguenti/ &  
accepit libram vnguëti nardispicati pistici/præciosi; & vnxit pedes Iesu/ Et extersit pe-  
des eius capillis suis: & fracto alabastro/ effudit super caput ipsius recumbentis/ & do-  
mus impleta est ex odore vnguëti. ¶ Videntes autem quidam discipuli/ indignati sunt  
intra se metipos/dicentes: Ut quid perditio ista vnguëti facta est: potuit enim vngue-  
tum venundari multo; & dari pauperibus/ & fremebat in eam. Dicit ergo vñus ex dis-  
cipulis eius Iudas Scariotthis: qui erat eñ traditurus / quare hoc vnguentum non veniñt  
tricentis denarijs & datum est egenis. Dixit autem hoc Iudas/non quia de egenis pertie-  
nebat ad eum: sed quia fur erat & loculos habens/ ea quæ mittebatur portabat. ¶ Sciens  
autem Iesus/ait illis. Quid molesti estis huic mulieri: sinite eam; bonū opus operata est  
in me/pauperes enim semp̄ habetis vobiscū: & cum volueritis: potestis illis benefaces-  
re: me autem non semper habebitis. Quod habuit/hoc fœcit/præuenit vngere corpus  
meum in sepulturam:mittens enim hæc/vnguentum hoc in corpus meum/ ad sepeliē-  
dum me fœcit. Dixit vero Iudæ: Sine illam: vt in diē sepulturæ meæ seruet illud. Amen  
dico vobis: vbi cunq; fuerit prædicatum hoc euangelium in toto mundo/ dicetur: & q  
hæc fœcit in memoriam eius. ¶ Cognouit ergo turba multa ex Iudeis: quia illic esset/  
& venerat: non propter Iesum tñ/ sed vt Laçarum viderent quem suscitauit a mortuis  
Cogitauerunt autem principes sacerdotum: vt & Laçarū interficeret: quia multi pro-  
pter illum abibant ex Iudeis/ & crediderunt in Iesum.

¶ Dominica Palmarum misit Iesus Petrum & Philippū in castellū / ad adducendā sibi asinam  
cum pullo/deinde asinans Hierosolymam:discipulī cum turba sequuntur / & de ciuitate turba  
cum palmis obuians pueri clamabant/ vendentes / & euentes ipse de templo ejsciebat/ mensas  
numulariorum & cathedras vendentium columbas euerit: cæcos & claudos sanauit/& de his  
omnibus príncipes sacerdotum & scribæ hæc videntes indignati fuit.



¶ Introitus Iesu in Hierusalem in dominica Palmarum. Et secundum Hermannum  
fuit luna. x. mensis Nysan id est. Aprilis; scilicet lunaris; non autem visualis.  
Matth. xxi. Marci. xi. Luce. xix. Ioan. xij.

## CAPVT V.

N*ec* rastinū autē ascendēs Iesus Hierosolymā / factū est cū appropinquasset i ¶ Iesu mira  
bumiliatio.  
Hierosolymis / & venisset Bethphage ad montē q̄ vocat̄ Oliueti / misit duos  
ex discipulis suis dices eis. Itē in castellū qd̄ cōtra vos est; in qd̄ introeūtes / in  
uenietis statim asinā alligatā / & pullū cū ea: sup quē nemo hoīm vñq̄ sedet:  
soluite & adducite mihi. Et si quis aliquid vobis dixerit / & dixerit / quid facitis? & vos  
interrogauerit / quare solutis. Dicite ga dñs his opus habet: & cōfestim dimittet eos.  
¶ Hoc aut̄ factū est vt adimpleret qd̄ dictū est p. p̄phetā dicentē. Dicite filiā Syō: Noe ¶ Fact. x. 6  
l̄ timere filia Syō. Ecce rex tuus v̄enit tibi māsuetus: sedēs sup asinā / & pullū asinę filiū  
subiugalis. Hæc nō cognouerūt discipuli eius primū: sed qn̄ glorificatus est Iesus: tunc  
recordati sunt / quia hæc erāt scripta de eo / & hæc fecerūt ei. ¶ Euntes aut̄ discipuli qui  
missi erāt inuenient sicut dixit illis Iesus stantē pullū ligatū ante ianuam foris in biuio  
& fœcerūt sicut p̄cepit illis Iesus / & soluunt eum. ¶ Soluentibus aut̄ il̄ is pullū / quidā de  
illicstantibus domini eius / dixerūt ad illos: quid facitis soluentes pullū? Qui dixerunt  
eis sicut p̄ceperat illis Iesus: quia dñs eū necessariū habet: & dimiserūt eis. Et adduxerūt  
asinā & pullū ad Iesum; & imposuerūt sup eos vestimenta sua: & eū desup sedere fecerūt  
¶ Euntes aut̄ illo / turba multā q̄ venerat ad diē festū cū audisset quia venit Iesus Hie- ¶ Populi dehos  
ta honoratio.  
rosolymā: accōperunt ramos palmarū / & processerūt obuiam ei. Testimonii ergo p̄  
hibebat turba quæ erat cum eo / quando laçarū vocauit de monumento & suscitauit  
eum a mortuis: ppterā & obuiam venit ei turba: quia audierūt eum fœcissem hoc signū  
¶ Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti / cōperunt omnes turbæ  
descendentū / gaudētes laudare deum voce magna: sup oībus q̄s viderāt virtutibus.  
¶ Multi aut̄ vestimenta sua strauerunt in via. ¶ Alij aut̄ ramōs / frondes cedebāt de ar-  
boribus / & sternebant in via. ¶ Turbe autem quæ præcedebāt & quæ sequābāt clas-  
mabant dicentes: Osanna filio Daviū: benedictus qui venit rex Israēl in nomine domi-  
ni: benedicūm qd̄ venit regnum patris nostri Daviū. Osanna in altissimis: pax in coe- ¶ Hoschia heb: ag  
ce salua latine.  
lo & gloria in excelsis. ¶ Et quidā phariseorū de turbis dixerunt ad illū. Magister / incre-  
pa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis quia si hi tacuqrūt lapides clamabūt.  
¶ Et vt appropinquauit / videns ciuitatē fleuit sup illā dices: Quia si cognouisses: & tu.  
& quidem in hac die tua / quæ ad pacem tibi: nunc aut̄ abscondita sunt ab oculis suis.  
¶ Quia veniēt dies in te / & circūdabūt te inimici tui vallo: & circūdabunt te: & coangu-  
stabunt te vndiq̄ / & ad terrā psterēt te: & filios tuos q̄ in te sunt: & nō relinquēt in te  
lapidē sup lapidē: eo q̄ nō cognoueris t̄p̄s visitationis tue. ¶ Et introiuit hierosolymā  
& cū intrasset / cōmota est vniuersa ciuitas dices: Quis est hic: Populi aut̄ dicebant: hic  
est Iesus p̄pheta a Naçareth galileæ. ¶ Et intrauit Iesus in templum dei: & cōcepit ej̄ces: ¶ Principū mali  
dicta indignatio.  
te & ej̄ciebat oēs vendentes & ementes in illo de templo / & mensas nūmulariorū. &  
cathedras vendentiū colubas euerit: & nō sinebat vt quisq̄ transferret vas per templū/  
& docebat dices: Nōne scriptū est: Domus mea domus orationis vocabit omib⁹ ḡe ysa. xxvi.  
tibus: vos aut̄ fœcistis eā speluncā latronū. Et accesserūt ad eum cæci & claudi in tem- ¶ Diere. viij.  
plo & sanauit eos. ¶ Videntes aut̄ principes sacerdotū & scribæ mirabilia quæ fœcīt:  
& pueros clamātes in seplo & dicētes: Osanna filio Daviū: indignati sumi: & dixerūt ei i. q. viij. Saluator  
Audis quid isti dicūt: Iesus aut̄ dixit eis: Vtq; Nunq̄d legistis: Ex ore infantium & la- ¶ xvij. q. viij. i. pri-  
cipiū p̄fœcisti laude: Quo audito/ principes sacerdotū & scribæ & principes plebis  
quærebāt quō illū perderēt: & nō inueniebat quid fœcerēt illi: timebat em eum. Omnis  
em p̄plū / suspensus erat audiēs illū: & admirabāt sup doctrina eius. Pharisei ergo dis-  
ixerūt ad semetip̄os: Videntis quia nihil proficimus / ecce mūndus totus post eum ab̄iit.  
¶ Et circumspectis oībus / cum iam vespera esset hora: & relictis illis / ab̄iit foras extra  
ciuitatem in Bethaniā cū duodecim; ibi; mansit; & docebat eos de regno dei.

Feria secunda post Palmarum Iesus manebat a Bethania in Hierusalem maledicens sicum in via postea veniens in templum & gentiles quidam eum cupiebant videre; predixit ipsius suspensionem.



¶ Maledictio fucus: Feria secunda post Palmarum. Matth. xxi. Marci. xi.

CAPVT VI.

Talidie cum exiret mane a Bethania reuertes in ciuitatem esurij: & vii. ¶ Sic<sup>o</sup> maledictio,  
dens a longe sibi arborē vnam securus viam habentem folia: venit ad eam/  
si quid forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eam nihil inuenit in ea nisi  
folia tñ: non enim erat tempus ficerū. Et ait illi: Nuncq; ex te fructus na-  
scatur in sempiternum: iam nō amplius in aeternum ex te quisq; fructum  
manducet. Et arefacta est continuo ficalnea. ¶ Et audiebant discipuli eius / & veniunt  
Hierosolymam: & erat docens quotidie in templo: & omnis populus manicabat ad <sup>Betis</sup> deuotio.  
eum in templo audire eum. ¶ Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant vt <sup>Joan. xxi.</sup>  
adoraret in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galileæ: <sup>Eliud de Euro-</sup>  
& rogabant eum dicentes: Domine/volumus Iesum videre. Venit Philippus & dixit <sup>pro in spec. histo-</sup>  
Andreas. Andreas rursum & Philippus/dixerunt Iesu: Iesu autem respondit eis dicens:  
Venit hora vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti  
cadens in terram/mortuum fuerit/ ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit / mul-  
tum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in <sup>Suspensionis</sup>  
hoc mundo/in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat/ me sequat. & vbi <sup>predictio.</sup>  
ego sum/ illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit/honorificabit eum pater  
meus qui est in cœlis. ¶ Nunc anima mea turbata est/& quid dicam. Pater salufica me  
ex hac hora: sed propterea veni in hanc horam. Pater clarifica nomen tuum. Venit er-  
go vox de celo dicens. Et clarificauit& iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabant &  
audierat/dicebat tonitruum factum esse. Alij dicebant. Angelus ei locutus est. Respō-  
dit Iesus & dixit. Non propter me vox hec venit/sed propter vos. Nunc iudicium est  
mundi: nunc princeps huius mundi ejscietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra/om-  
nia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat/significas qua morte erat moriturus. Re-  
spondit ei turba. Nos auditumus ex lege/quia christus manet in aeternū/ & quomodo  
tu dicas/oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis  
Iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est/ambulate dum lucem habetis / vt nō tene-  
brae vos compræhendant. Et qui ambulat in tenebris/nescit quo vadit. Dum lucē ha-  
betis credite in lucem/ vt filij lucis sitis. ¶ Haec locutus est Iesus/ & abiit/ & abscondit se  
ab eis. Et cum vespera facta esset/egrediebatur de ciuitate. Erat enim diebus docens in  
templo/noctibus vero exiens morabatur in monte Oliueti.

B.

Feria tertia post Palmarum mirati sunt discipuli de fico in viatitem conuenientio iudeorum contra Christum in templo / & maledictio actua Christi. Ve. &c. monstratio templi / & sessio in monte.



**¶ Discipulorū admiratio de fico & reliqua. Feria. iij. post Palmarū. Mat. xxi. Marci. xi.  
CAPVT VII.**

T cum mane transirēt viderunt discipuli fīcū aridā factam a radicibus & mirati sunt dicētes: quomō continuo aruit: & recordatus Petrus dixit ei: Rabbi ecce fīcus cui maledixisti aruit. ¶ Respondēs autē Iesus ait eis: Habetē fidē dei. Amen dico vobis: si habueritis fidē & nō hæsitaueritis non solū de fīculnea facietis: sed & si monti huic dixeritis: tolle te & iacta te in mare/fiet. Propterea dico vobis: cīa quācūq; orantes petitis: credite quīa accīpiētis & euēnient vobis. Et cū stabitis ad orandū dīmittite sī quid habetis aduersus aliquē: vt & pater vester q; in celis est/dīmittat vobis pītā vīa Qd' sī vos nō dīmisēritis: nec pater vester qui in cōlīs est dīmitteret vobis peccata vestra. Et veniūt rursus Hierosolymam.

T cum venisset in templū docente illo populū & euāgeliātē: conuenerunt principes sacerdotū & scribāe cū seniorib;: & accesserūt ad eum docentē & dicunt ad illum: Dic nobis in qua potestate hæc facis. Aut quis dedit tibi hanc potestatē vt ista facias. Respondēs Iesu: dīxit eis: Interrogabo vos & ego vñū sermonē: quē sī dīixeritis mihi & ego vobis dicam/ in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis vnde erat: De cōlō an ex hoībus: Respōdete mihi. At illi cogitabant intra se dicētes: Sī dīixerimus de cōlō dicet nobis: Quare ergo nō credidistis illī? Si autē dīixerimus: ex hoībus/timemus turbā: plebs vniuerſa lapidabit nos. Omnes em̄ habebāt Ioannē sicut prophetā. Et respondētes Iesu: dīxerūt. Nescīmus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. ¶ Quid autē vobis videt: Homo quidā habebat duos filios: & accedēs ad primū/dīxit: Fili/vade hodie operari in vineā meā. Ille autē respondēs ait: Nolo. Postea autē pōnitentia motus/ abīt. Accedēs autē ad alterū/dīxit similiter. At ille respondēs ait: Eo dñe/ & nō iuit. Quis ex duob; foecit volūtatem patris: Dīcūt ei: Prīmus. Dicit illis Iesu: Amē dico vobis: quīa publicani & meetrices precedēt vos in regno dei. Venit em̄ ad vos loānes in vīa iūstīcā & nō credidistis ei. Publicani autē & meetrices crediderūt ei. Vos autē vidētes/nec pōnitentiā habuistis postea vt crederetis ei. ¶ Aliā parabolā audite. Cepit autē dicere ad plebē parabolā hāc. Homo erat paterfamilias qui plantauit vineā/ & sepē circumdedidit ei: & fodit in ea torcular: & edificauit turrim: & locauit eam agricolis/ & ipse peregre pfectus fuit multis tēporibus. Cum autē tēpus fructū appropinquasset/ misit seruos suos ad agricolās vt acciperēt de fructu vinee eius. Et agricolāe apprāhēsīs seruis eius: alīū cæcideārunt/ & dimiserūt vacūt. alīū occiderūt: alīū vero lapidauerunt. Iterū misit alios seruos/ plures priorib;: & foecerūt illis similiter. Nouissime autē misit ad eos filiū suū/dicens: Verebunt forte filiū meū. Agricolāe autē vidētes filium/ dīxerūt intra se: Hic est hāres: venite occidamus eum & habebimus hāreditatē eius. Et apprēhensum eum/eiecerūt extra vineam/ & occiderunt. Cum ergo venerit dñs vinee/ quid faciet agricolis illis? Aīunt illi: Malos male perdet: & vineā suā locabīt alijs agricolis/ qui reddat ei fructū tēporibus suis. Quo audito/dīxerūt illi: Absit. Ille autē aspiciens eos/ ait: Quid est ergo hoc qd' scriptū est. Lapidē quē reprobauerūt edificātēs/ hic factus est in caput anguli: Psal. cxvij. A dñō factū est istud/ & est mirabile in oculis nostris: Nungd scripturam hāc legistis. Ideo dico vobis: quīa auferet a vobis regnum dei/ & dabat genti facienti fructus eius. Et omnis q; cēciderit sup̄ lapidē istūm/confringetur: super quē vero cēciderit conteret eum. Et cū audissent principes sacerdotū & scribāe & pharisiāi parabolas cognouerūt q; de ipsis diceret similitudinē istam. Et querētes eū tenere & mittere in illū manus illa hora/timuerūt autē turbas: quoniam sicut prophetā eum habebāt. ¶ Et respondēs Iesus dīxerat iterū in parabolis eis/dīces: Simile factū est regnū cōlorū homini regī/ qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias & nolebāt venire iterū misit alios seruos/dicens: Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui: thauri mei & altilia occisa sunt/ & omnia parata venite ad nuptias. Illi autē neglexerūt & abie- runt/ alius in villā suā/ alius vero ad negociationē suā. Reliqui vero tenuerūt seruos eius & cōtumelia affectos/ occiderūt. Rex autē cū audisset/ iratus est: & missis exercitib; suis pdidit homicidas illos/ & ciuitatē illorū succēdit. Tunc ait seruis suis. Nuptiāe

¶ Discipulorum  
admiratio in via

¶ Iesu increpa-  
tio in templo:  
Mat. xii.  
Mar. xi.  
Luce. xii.

Mat. xxi.  
Mar. xii.  
Luce. xx.

Psalm. cxvij.

Mat. xx.

Luce. xiiij. b  
Apoc. xix. b

B ij

quidem parate sunt; sed qui inuitati erant; non fuerunt digni. Ita ergo ad exitus viarum  
& quoscunq; inuenieritis/vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias/cōgregauerūt  
omnes quos inuenierunt/malos & bonos; & impletæ sunt nuptiæ discubentium. Intrauit  
autē rex vt videret discubentes; & vidit ibi hominē nō vestitū veste nuptiali: & ait illi:  
Amice quomodo huic intrasti non habens vestē nuptiale? At ille obmutuit. Tūc dixit  
rex ministris: Ligatis manibus eius & pedibus/mittite eum in tenebras exteriores; ibi  
erit fletus & stridor dentiū. Multi autē sunt vocati; pauci vero electi. ¶ Tunc abeuntes  
**Dab. xxij.**  
**Darii. xv.**  
**Luce. xj.**

Pharisei conciliū interiūt vt caperent Iesum in sermone/& obseruantes miserūt ad eum  
quosdā ex phariseis discipulos suos insidiatores cum Herodianis qui se iustos simula-  
rent/ut eum caperet in verbo/& traderet illū principatui & potestati præsidis. Qui ve-  
nientes interrogauerūt illum/dicentes: Magister/scimus quia verax es & recte dicis: &  
viam dei in veritate doces & non est tibi cura de aliquo. Nō em̄ respicis personā hoīm  
Dic ergo nobis/quid tibi videt? Licit censem dari Cæsari/an nō? Cognita autē Iesus ne  
quicquid eorū ait: Quid me tentatis hypocrite? Ostendite mihi nūmīsma census. At illi ob-  
tulerūt ei denariū. Et ait illis Iesus: Cuius est īmago hēc & supra scriptio? Dicūt ei/Cæsa-  
ris. Tunc ait illis: Reddite ergo q̄ sunt cæsarīs cæsari; & q̄ sunt dei deo. Et audientes mis-  
eritati sunt in responso eius: & nō poiuerunt verbū eius repræhendere corā plebe: & ta-  
cuerunt/& relicto eo abierūt. ¶ In illo die accesserūt ad eum quidā saduceorū qui dicūt  
non esse resurrectionē & interrogauerūt eum dicentes. Magister/Moysēs dixit & scri-  
psit nobis. Si frater alicuius mortuus fuerit & dismiserit vxorē & filios nō reliquerit/ut  
accipiat frater eius vxorem illius / & refuscite semen fratri suo. Septē ergo fratres erāt  
apud nos/& primus accepit vxorē & mortuus est sine filijs: & reliquit vxorē suā fras-  
tri suo. Et secundus accepit eam. & nec iste reliquit semen. & tertius similiter accœpit illā  
vñq; ad septimū. Et sic acceperūt eam oēs septē/& nō reliquerūt semen & mortui sunt.  
In resurrectiōe ergo cū resurrexerint/cuius de his septē erit vxorē. Oēs em̄ septē habue-  
rūt eam vxorē. Et respondēs Iesus ait illis: Nōne ideo erratis/nesciētes scripturas/ neq;  
yūtūtē dei. In resurrectiōe ei cū a mortuis resurrexerit: neq; nubēt neq; nubens/ sed erūt  
sicut angeli dei in cōcelo & filiū sūt dei cū sint filiū resurrectōis. Neq; em̄ vltra mori pote-  
rūt. De mortuis autē q̄ resurgat nō legistis in libro Moysi sup rubū quomō dixerit illi  
deus: inquiēs vobis: Ego sum deus Abrahā: & deus Iaac/ & deus Iacob. Nō est deus  
mortuorē/sed viuorē. Oēs em̄ viuūt ei: vos ergo multū erratis. Rñdentes autē quidā scri-  
barū dixerūt. Magister/bñ dixisti. Et amplius nō audebāt eū qc̄q; interrogare. Et audie-  
tes turbē mirabantur doctrinā eius. Et multa turba eū libēter audiuit. ¶ Pharisei autē  
audientes q̄ silentiū imposuisset Saduceis: cōuenerūt in vñū: & accessit vñus ex eis de  
scribis legil doctor/q̄ audierat illos cōquirētes: & vidēs qm̄ bñ illis respōderit/interroga-  
uit tentas eū. Maḡ qđ est mādatū magnū & primū oīm in lege? Ait illi Iesus. Quia pri-  
mū omniū mandatū est. Audi isrl/dñs deus tuus deus vñus est: & diliges dñm deū tuū  
ex toto corde tuo/& ex tota aīa tua/& ex tota mente tua/ & ex tota virtute tua. Hoc est  
maximū & primū mādatū. Scđm autē si lē est huic. Diliges pximū tuū sicut te ipsum. In  
hīs duobus mandatis vñuersalex pēdet & pphetae. Maius horū aliud mandatū non  
est. Et ait illi scriba. Bñ maḡ in veritate dixisti/ quia vñus est deus & nō est aliud p̄ter eū  
& vt diligas ex toto corde/& ex toto itelle&u/& ex tota aīa: & ex tota fortitudine & di-  
ligere pximū tanq; seipm: maius est oībus holocaustatibus & sacrificijs. Iesus autē  
vidēs q̄ sapiēter rñdissit/dixit illi: Nō es longe a regno dei. ¶ Cōgregatis autē phariseis  
interrogauit eos Iesus dices: Quid vobis videi de christo: cuius filius est. Dicūt ei: Da-  
uid. Ait illis Iesus: Quomō ergo David in spūstō in libro psalmorū vocat eū christū  
**Psal. cix:** dñm dices; Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos: scabel-  
lum pedū tuorē. Si ergo David vocat eū dñm: vnde/& quomō filius eius est. Et nemo  
poterat ei respondere verbū neq; ausus fuit quisq; ex illa die eū amplius interrogare.  
¶ Tunc Iesus locutus est ad turbas/& ad discipulos suos/dices: Sūp cathedrā Moysi se-  
derūt scribē & pharisei: Oia ergo qcūq; dixerint vobis: seruate & facite; scđm & o opa  
eōrē nolite facere. Dicūt em̄ & nō faciūt. Alligāt autē onera grauiā: & iportabilitā: & ipo-  
nūt i humeros hoīm/digitō autē suo nolūt ea mouere. Oia vero opa sua faciūt/ut videat  
ab hoībus. Dilatāt ei philareria sua/& magnificat simbris. Attēdite/cauete a scribis/ ¶

**Exodi. xij:**

Et amplius nō audebāt eū qc̄q; interrogare. Et audie-  
tes turbē mirabantur doctrinā eius. Et multa turba eū libēter audiuit. ¶ Pharisei autē  
audientes q̄ silentiū imposuisset Saduceis: cōuenerūt in vñū: & accessit vñus ex eis de  
scribis legil doctor/q̄ audierat illos cōquirētes: & vidēs qm̄ bñ illis respōderit/interroga-  
uit tentas eū. Maḡ qđ est mādatū magnū & primū oīm in lege? Ait illi Iesus. Quia pri-  
mū omniū mandatū est. Audi isrl/dñs deus tuus deus vñus est: & diliges dñm deū tuū  
ex toto corde tuo/& ex tota aīa tua/& ex tota mente tua/ & ex tota virtute tua. Hoc est  
maximū & primū mādatū. Scđm autē si lē est huic. Diliges pximū tuū sicut te ipsum. In  
hīs duobus mandatis vñuersalex pēdet & pphetae. Maius horū aliud mandatū non  
est. Et ait illi scriba. Bñ maḡ in veritate dixisti/ quia vñus est deus & nō est aliud p̄ter eū  
& vt diligas ex toto corde/& ex toto itelle&u/& ex tota aīa: & ex tota fortitudine & di-  
ligere pximū tanq; seipm: maius est oībus holocaustatibus & sacrificijs. Iesus autē  
vidēs q̄ sapiēter rñdissit/dixit illi: Nō es longe a regno dei. ¶ Cōgregatis autē phariseis  
interrogauit eos Iesus dices: Quid vobis videi de christo: cuius filius est. Dicūt ei: Da-  
uid. Ait illis Iesus: Quomō ergo David in spūstō in libro psalmorū vocat eū christū  
dñm dices; Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos: scabel-  
lum pedū tuorē. Si ergo David vocat eū dñm: vnde/& quomō filius eius est. Et nemo  
poterat ei respondere verbū neq; ausus fuit quisq; ex illa die eū amplius interrogare.  
¶ Tunc Iesus locutus est ad turbas/& ad discipulos suos/dices: Sūp cathedrā Moysi se-  
derūt scribē & pharisei: Oia ergo qcūq; dixerint vobis: seruate & facite; scđm & o opa  
eōrē nolite facere. Dicūt em̄ & nō faciūt. Alligāt autē onera grauiā: & iportabilitā: & ipo-  
nūt i humeros hoīm/digitō autē suo nolūt ea mouere. Oia vero opa sua faciūt/ut videat  
ab hoībus. Dilatāt ei philareria sua/& magnificat simbris. Attēdite/cauete a scribis/ ¶

volunt in stolis ambulare & quamant primos recubitus in coenis & in primis cathedralis sedere in synagogis & amant salutatoes in foro / qd deuorat domos viduarum sub obtentu plixe ofonis simulantes longam orationem & volunt vocari ab hoibus Rabbi: hi accipiunt plixius iudicium & damnationem maiorem. Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester. Oes autem vos freres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus est enim pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vesternus est christus. Qui maior est veltrum erit minister vester. Qui autem se exaltauerit habiliabitur; & qui se humiliauerit exaltabitur.

¶ Vnde autem vobis scribere & pharisei hypocrite: qui clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis / nec introeuntis spiritus intrare. ¶ Vnde vobis scribere & pharisei hypocrite: qui comeditis domos viduarum: ofones logas orantes: propter hoc amplius accipientis iudicium. Vnde vobis scribere & pharisei hypocrite: qui circuitis mare & aridam: ut faciatis vnum p’selitum: & cum fuerit factus: facitis eum filium gehennae duplo quam vos. ¶ Vnde vobis duces cœci: qui dicitis quoniam iurauerit per teplum / nihil est: quia autem iurauerit in auro tepli: debitor est. Stulti & cœci. Quid enim maius est / aurum / an templum quod sanctificat aurum. Et quoniam iurauerit in altari / nihil est: quoniam autem iurauerit in dono quod est super illud / debet. Cœci quod enim maius est: donum an altare quod sanctificat donum. Qui ergo iurat in altari / iurat in eo & in oibus quae super illud sunt: & quoniam iurauerit in teplio: iurat in illo & in eo quod habitat in ipso: & quoniam iurat in celo: iurat in throno dei & in eo quod sedet super eum. ¶ Vnde autem vobis scribere & pharisei hypocrite: qui decimatis mentem et anetum et ciminetum / et religiosis quoniam grauiora sunt legis: iudicium et misericordiam et fidem. Haec oportuit facere et illa non omittere. Duces cœci / excusantes culicem: camelum autem glaucetes. Vnde vobis scribere & pharisei hypocrite: qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis: intus autem pleni estis rapina et imundicia. Pharisei cœci: munda prius quod intus est calicis & parapsidis / ut fiat et id quod deforis est mundum.

¶ Vnde vobis scribere et pharisei hypocrite: qui similes estis sepulchris dealbatis: quem a foris apparet hoibus speciosa / intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcicia. Sic et vos afforis quod appareatis hoibus iusti / intus autem pleni estis hypocriti et iniuste. ¶ Vnde vobis scribere et pharisei hypocrite: qui edificatis sepulchra prophetarum / et ornatis monumeta iustorum et dicitis. Si fuissimus in diebus patrum nostrorum / non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobis metiatis: quia filii estis eorum quod prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrum. Serpentes et genimina viperarum / quomodo fugietis a iudicio gehennae. Ideo ecce ego mittio ad vos prophetas et sapientes et scribas / et ex illis occidetis / et crucifigetis / et ex eis flagellabitis in synagogis vestris / et presequimini de ciuitate in ciuitatem / ut venias super vos omnes sanguinis iustus: quoniam effusus est super terram a sangui Abel iusti / usque ad sanguinem Zacharie filii Barachie quem occidistis inter templum & altare. Amem dico vobis: Veniet haec oia super generationem istam. Hierusalem hierusalem quoniam occidit prophetas et lapidas eos quod ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos quoniam admodum gallina congregat pullos suos sub alas: et nolivisti. Ecce relinquetur vobis dominus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis ammodo / donec dicatis benedictus qui venit in nomine domini. ¶ Cum autem tanta signa forent coram eis non credebant in eum. Ut sermo Ysaiae prophetae impleretur quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro / et brachium domini cui reuelatum est. Propterea non poterat credere quia iterum dixit Ysaia. Excoecauit oculos eorum et indurauit cor eorum / ut non videant oculis / et intelligant corde / et convertantur et sanem eos. Haec dixit Ysaia quando vidi gloriam eius et locutus est de eo. Veritatem ex principiis multi crediderunt in eum: sed propter phariseos non confitebantur: ne de synagoga ejerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum: magis quam gloriam dei.

Tegressus Iesus de teplio ibat. Et cum egrederetur / accesserunt discipuli ut oñde / ret ei edificationem tepli. Et quibusdam dicentibus de teplio: quod bonis lapidibus et donis ornatum esset. Ait illi unus ex discipulis suis: Magister aspice quales lapides quales structure. Et respondens Iesus dixit illis: Videtis has oes magnas aedificationes? Amem dico vobis / hec oia quoniam videtis. Veniet dies in quo non relinquet lapis super lapidem / quoniam non destruantur. Sed etiam autem eo super monte oliveti / contra templum accesserunt ad eum discipuli secreto / et interrogabant eum separatim: Petrus et Iacobus et Ioannes et Andreas discipules. Preceptor dic nobis quoniam ista fieri. Et quod signum aduentus tui et consumacionis saeculi erit / cum haec oia fieri inciperet. Et respondens Iesus coepit dicere illis: Videte ne quis vos ses

Basco quibus ista reponant sub eo / de corpore dicta per evangelistas: potest in dictis & diversis regibus fuerunt predicata.

Euler est ait paruum volatiles: dis crus ab aculeo quo sanguinem suscit. ein schrock.

Basco applicat etiam continuando de vidua uno mutant oferente. Marci. xij. Luce. xxij.

ducat multi em̄ veniēt in noīe meo dicētes; Quia ego sum christus; & ips̄ appropinq̄  
bit; & multos seducēt; nolite ergo ire post illos: audituri ei estis p̄lia & opinioes p̄liorū  
& seditiōes. Videte ne turbemini & nolite terrori. Oportet em̄ primū hæc fieri: sed non  
dū statim est finis. ¶ Tūc dicebat illis; Exurget gens cōtra gentē: & regnū aduersis re-  
gnū; & erūt pestilētiae & fames & terremotus magni erunt p̄ loca: terroresq; de cœlo &  
signa magna erunt. Hæc aut̄ oīa initia sunt dolorz. Videte autē vosmetipſos; sed an̄ h̄c  
oīa iñjicēt vobis manus suas & p̄sequenf; tradētes vos / in cōcilijs & i synagogis vapu-  
labitis: & tradēt vos in custodias & tribulationē: trahētes ad reges/ & ante p̄ſides stabi-  
tis ppter me & nomē meum. Cōtinget aut̄ vobis in testimoniuī illis. Et cū duxerint vos  
tradētes/nolite p̄ cogitare in cordibus vīris quē admodū r̄ndeatis. aut qđ loquamini; sed  
qd̄ datū vobis fuerit in illa hora/ id loq̄mini. Ego em̄ dabo vobis os & sapientiā/ cui nō  
poterūt resistere & cōtradicere oēs aduersarij vīri. Non em̄ estis vos loquētes/ sed sp̄us  
ſclūs. Trademini autē a parētibus & frībus & cognatis & amicis/ & occidēt vos. Et cō-  
surgēt filij i parētibus & morte afficiēt eos. Et eritis odio oībus gētibus, ppter nomē meū  
Et tunc scādaliçabunt mlti & inuicē se tradēt/ & odio habebūt iuicē mlti. Et mlti pſeu-  
do pphetē surgēt & seducēt mltos: & qm̄ abūdabit inigta: refrigescet charitas mltorū  
Qui at sustinuerit & pſeuerauerit vſq; i finē hic saluus erit. Et capillus de capitevño nō  
pibit. In patiētia vīra possidebitis aīas vīras. Et p̄mū oportet p̄dicari hoc euāgeliū regni  
in vñiuero orbe i testimoniuī oībus gētibus/ & tūc veniet cōſūmatio. ¶ Cū at videritis  
circūdari ab exercitu hierlm̄ tūc scitore qā appropinquit desolatio eius Cū videritis ab  
oīationē desolatoīs q̄ dicta ē a Daniele ppheta/ ſtātē i loco ſctō vbi nō debet/ q̄ legit̄  
telligat. Tūc q̄ i iudea ſt̄/ fugiāt ad mōtes. Et q̄ i medio eius ſūt/ discedat: & q̄ i regiōibus  
nō intrēt in eā: & q̄ ſup teſtū/ nō dēſcēdat i domū nec i troeā tollere aliqd de domo ſua/  
& q̄ i agro/ nō reuertant̄ retro tollere vētimētū ſuū/ q̄a dies vltiōis hi ſūt; vt ip̄leant̄ oīa  
q̄ ſcripta ſūt. Væ at pgnātibus & nutrētibus in illis diebus. Erīt em̄ pſſura magna ſup  
terrā: & ira huic pp̄lo. Et cadēt i ore gladij/ & captiui ducent̄ in oēs gētes. Et hierlm̄ cal-  
cabit a gētibus donec ip̄leant̄ tpa nationū. ¶ Orate autē vt nō fiat fuga vīra hyeme vel  
ſabbato. Erūt em̄ tūc dies illi tribulatiōis tales/ q̄les nō fuerūt ab initio creature quā cō-  
didit deus vſq; mō: necq; fiēt. Et niſi breuiati fuissent dies illi nō fieret ſalua oīs caro. Sed  
pter electos quos elegit dñs breuiabunt̄ dies illi. Et tūc ſi q̄ ſvobis dixerit. Ecce hic eſt  
Christus; aut ecce illi/nolite credere. Exurgent em̄ pſeuodo Christi & pſeuodo ppheta/ &  
& dabūt ſigna magna & p̄digia: ita vt in errorē inducan̄/ ſi fieri potest etiā electi. Vos  
ergo videte/ecce p̄dixi vobis oīa. Si ergo dixerit vobis; Ecce in dēſerto eſt: nolite exire.  
Ecce iñ penetralibus: nolite credere: Sicut em̄ fulgur exit ab oriente & paret vſq; i oc-  
cidentē. Ita erit aduentus filij hoīs. Vbi cūq; fuerit corpus/ illuc cōgregabunt̄ & aquila.

Luce: xviiij. ¶ Dicebat aut̄ & parabolā ad illos; Qm̄ oportet ſp̄ orare & nō deficere/dicēs. Iudex q̄  
dā erat in quadā ciuitate: q̄ deū nō timebat: & hoīem nō reuerebat. Vīdua aut̄ quadā  
erat in ciuitate illa: q̄ veniebat ad eū dicēs. Vindica me de aduersario meo: Et nolebat  
q̄ multū tps. Post hec at dixit intra ſe. Et ſi deū nō timeo: nec hoīem reuereor; tñ q̄a mo-  
leſta eſt mihi hec vīdua: vindicabo illā: ne in nouiſſimo vēniē ſuggillet me. Ait autē  
